

(Seckau, 1581 vor September 3)¹⁾

In Gegenwart Malaspinas erfolgte feierliche Absage des Propstes von Seckau von bisherigem konkubinarischem Leben; ihm auferlegte Buße sowie Regeln für künftige persönliche Lebensführung und Leitung der Propstei.

Arch. Vat. Nunz. Germ. 100, f. 216^r—218^r, gleichzeitige Kop.

Dominus praepositus²⁾ ante discessum domini nuntii convocet capitulum et praesentia S. Dom^{nis} et commissariorum et quatuor parochorum suorum fateatur se per multos annos insorduisse in peccato concubinatus, se vero tali nunc vitio omnino renunciasset et constanter animum induxisse Deo adiuvante in posterum vitam acturum caelibentem ac castam; et proinde cohortari suos conventuales, praesertim concubenarios,³⁾ ut et ipsi ad meliorem frugem redeant, caeteri vero a tali peccato in perpetuum abstineant et secundum regulam vivant, in hoc se facturos Deo rem tam gratam quam etiam debitam. Si vero quispiam eorum porrho deprahendatur vel in tali peccato perseverare vel etiam in illud de novo illabi, tunc non solum poenitentia spirituali sed etiam corporalibus poenis esse contra ipsum procedendum arbitrio eorum, quibus executio reformationis demandata est.

Item proximo die dominico in publica concione captata occasione fateri oportere et se per aliquos annos in tali peccato fuisse involutum sed paenitere ac bonum suscepisse propositum ab eo in perpetuum abstinendi omnibusque bonum exemplum continentiae se praebiturum.

Ad rev^{mum} dominum ordinarium metropolitanum et ser^{um} dominum archiducem literas scribat,⁴⁾ in quibus fateatur se in concubinatus peccato vixisse, dolere ac polliceri syncere omnem in hoc

¹⁾ Das Datum ergibt sich aus dem Bericht Malaspinas vom 31. August 1581 aus Seckau, in dem es heißt: fra tre giorni partirò di qua (Nr. 114, S. 317).

²⁾ Daß es sich um den Propst von Seckau handelt, ist aus der Seckau betreffenden Stelle im summarischen Bericht über die Visitation (Nr. 117, S. 323) zu entnehmen.

³⁾ Die Kanoniker Peter Stridich und Nikolaus Rinstler verloren als Konkubinarier ihre Pfarren und wurden zu je zwei Monaten Haft in ihrer Zelle verurteilt (Salzburg Konsistorialarchiv, Seckau 4/20, f. 14^r).

⁴⁾ Nicht vorhanden.